revocant negotium sub medium. Deinde rursus inter se communicant idq; toties donec ad plenam concordiam saltem secundum maioritatem suffragiorum utriusq; consilij perveneriint

Ea Sabuta proponit illam comunem deliberationem, iuxtaq; audiunt rursus quid ille inter se consultaverint. Nam si idem sentiunt res Sabet pro deliberatione comuni et nihil aliud superest quam ut comuni omnium voto ad Imperatorem referat.

Is deinde extremam apponit manu ita ut si ei probant ea quæ per status deliberata sunt signant. deinde p conclusione ut demum mittat recessui. Si vero displicent aut si Imperator aliquid additum vel detractum velit ipse replicat. Status duplicat, Imperator triplicat. Et hoc modo totus fit progressus donec tandem ratio aliqua concordiæ inveniatur

Inter Electores et Principes aliqui tamen rarissime, accidit ut post longam disputationem non possint venire in eandem sententiam. Tunc quilibet pars accedit Imperatorem ut ipse interponat officium suum vel conciliando illam repugnantiam si pot vel tanq; superarbiter in alteram sententiam discedendo.

Inter Electores vero et Principes cum una ac civitates cum altera partis non raro contingit dissensio. Ibi Civitates quidem existimant status illos maiores similem ordinem observare debere ut rem cursus consequi discutiant donec ex utrius tribus consilijs tolerabilis quædam concordia eliciatur. Sed status illi fortissime in hoc reluctant. Dicunt n. Civitatis habere suffragium non decisorium sed deliberativum duntaxat. Ideo non obstant quid vel quomodo Civitatis reclament ipsi claris rationibus rem ad Imperatorem referunt.

Quo fit ut deinde Civitates quoq; separatim Imperatorem adeant miscentes semper deliberationibus suis querimonias & contra Pts. Cum hoc rursus incumbit Imperatori labor ut vel procuret concordiam vel decidat rem pro ut magis æquum visum fuerit

Duces Pomeraniæ

Duces Pomeraniæ sunt antiqui Stemmatis ac potentissimi Principes. Maiores ~~fuerunt~~ illorum fuerunt, nisi fallor, ultimi cum Germaniæ Principibus qui sacro baptismate tincti sunt cum antea Ethnico ritu vivissent

Ditio illorum incipit non longe ab ostijs celeberrimi fluvij Vistulæ et progreditur longo quamvis angusto tractu secundum litus oceani Germanici in occidentem Italq; habet ab oriente conterminam Prussiam a Meridie partem Regni Poloniæ et partem marchionatus Brandeburgensis ab occidente ducatu Mecklelburgensem. A Septentrione ipsum oceanum Germanicum.

Dividitur tota illorum ditio in quinq; ditiones principales quos ipse in titulis suis referunt. Scribunt in se Duces Stetini Pomeraniæ Casubiorum et Vandalorum, Principes Rugiæ

Stetinum est Metropolis totius ducatus. Urbs valde ampla et insignis sita non procul ab ostio fluvij Oderæ

Pomerania est maior pars ducatus

Casubiorum et Vandalorum Regiones vergunt orientem versus et attingunt Prussiam et Poloniam

Rugia est Insula ~~in~~ Oceani Germanici

Urbes celeberrimæ extra Stetinum sunt Gripswaldia ubi est generale studium, Colberga, Caminum, et Sunda. Hæc tamen Pomerania ob multa privilegia ab antiquis ducibus impetrata propemodum legis propijs utitur quasi vectigali jugo subrectionis, ita q; adeo opibus et commerciis reliquas antecellit

Nobiles provinciæ sunt opulentissimi ac precipue ut fere ultra religiosi Septentrionales valde splendidi. Omnes vel exercitio armorum vel studijs literarum dediti. Praestantissimi equites. Et in diversis actionibus suis ultra ¾ regionis qualitas ferat tractabiles

Populus est durus et incivilis utq; tractatio advenarum in publicis solijs est peior q; forte in toto orbe spero reperiri possit. Hujusq; sunt lecti vel culcitæ. Et si quid comedere vel bibere volueris nisi id ipse met afferas male tecum agetur. Caupones n. plerique nullam aliam habent provisionem nisi fem et aqua pro equis. Pro solis vero carnisq; ad